



FORMUŁY MODLITWY POWSZECHNEJ W JĘZYKU ŁACIŃSKIM

(Missale Romanum 2002, appendix V)

TEMPORE QUADRAGESIMÆ (II)

Sacerdos:

Appropinquante, dilectissimi, sollemnitate paschali, Dóminum impénsius implorémus, ut et nos omnes, et baptizatórum multitúdo, et mundus univérsus, abundantius huius sacri mystérii partícipes evadámus.

Intentiones:

- I. Ut catechúmenis próxima sollemnitate paschali sacro baptísimo initiándis, fidem et intelléctum augére dignétur, Dóminum exorémus.
- II. Ut, adiútis pópulis qui subsidió égeant aliéno, pax et securitas ubique stabilitate firméntur, Dóminum exorémus.
- III. Ut omnes afflícti et tentáti ipsíus grátia roboréntur, Dóminum exorémus.
- IV. Ut nos omnes discámus fructum abstinentiæ in bonum indigéntium erogáre, Dóminum exorémus.

Sacerdos:

Miserére, Dómine, deprecántis Ecclésiæ, et quæ inclinántur tibi corda propitiátus inténde, ut, quos divíni mystérii tribuis esse partícipes, numquam tuis destituántur auxiliis. Per Christum, Dóminum nostrum. **R.** Amen.